

Kreis

Warendorf

S. 144

1297 Juli 12.

[1] 144
Der Richter Ritter Rembert von Stoicum beurkundet den Verkauf des Erbes
Hilbert Lüpl. Alstätte (fr. Ahaus), Lehens des Bistums Utrecht, durch den Knappe
Heinrich von Laer an Bernhard von Redam.

Rembertus de Stochem miles iudex ad preces Henrici de Lothere et
Bernhardi de Redam famulorum et ab eis ad hoc vocatus et rogatus uni-
versis presentia visuris cupimus esse notum, quod in nostra constituti presentia
Henricus de Lothere famulus, Bertradis uxor eius legitima, Bertoldus et
Henricus, filii eorundem coniugum, recognoverunt se vendidisse rationabiliter
et legitime domum dictam Hildebrandinc sitam in parrochia Alstede, quam
domum a venerabili patre domino . . episcopo Traiectensi in feodo tenuerunt,
cum hominibus, nemoribus, pascuis, lignis, pratis, agris cultis et in cultis ac
aliis omnibus pertinencias eiusdem, prout iacent, pro certa summa pecunie

eisdem Henrico et suis heredibus a predicto Bernardo numerata, tradita et
assignata, quam domum cum omnibus pertinencias predictis Henricus de
Lothere, Bertradis uxor eius, Bertoldus et Henricus, filii eorundem, cum
heredibus eorum veris et legitimis coram nobis libere resignarunt, renunciantes
simpliciter et expresse omni iuri, quod ipsis aut euilibet ipsorum in dictis
bonis competiit aut quoquomodo competere poterat in futurum, promiserunt
que Henricus, Bertradis, Bertoldus et Henricus predicti, quod prefato Bern-
hardo et suis heredibus in bonis prenominitis plenam et legitimam prestabunt
et facient warandiam. Acta sunt hec presentibus Johanne de Tunen, Ger-
hardo de Ramesberge, Mathia Sasse militibus; Matheo de Nienburch,
Luberto Ssse, Gerlaco de Vullen, Cesario de Baac, Conrado de Rederbroke,
Johanne Ruce et Wilhelmo filio suo ac aliis quam pluribus fide dignis. In
cuius rei testimonium sigillum . . castrensum in Nienburch ad preces
partium hinc et inde presentibus est appensum. Datum anno Domini
millesimo ducente. no nonagesimo septimo, feria sexta proxima ante festum
beate Margarete virginis.

Orig. Nr. 1; abhangendes Siegel ab. — Regest: Westfäl. II.-B. III, S. 823,
Nr. 1581 nach Abschrift.